



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

4. Dies Decembris. In his, quæ de Deo dicuntur; hæc maxima est scientias, ignorantiam fateri. S. Cxrillus Hierosolym. catech. 6.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

968      *Christiani Militis*      Decemb.  
quærit. Omnia utilitatem sumunt ex fine; si à fine  
declinant, sunt prorsus inutilia. Si ut te calefacias,  
malleum accipias; non solum ad hoc erit inutilis, sed  
& tu ridiculus. Si sumas ignem ad lœvigandam tabu-  
lam res præ omnibus utilissima, jam non erit unde  
imò, non tantùm inde nullum referes fructum, sed  
damnum: comburet, & destruet, quod volebas per-  
ficere. Omnim̄ artium iuſtrumenta, præter suum  
finem, ad quem sunt facta; sunt vana, & supervac-  
nea: sic homo, qui non refert sua omnia ad gloriam  
debitam soli Deo, est supervacaneus in mundo. A  
granis, quæ seminasti, expectas copiosam messem:  
vite, quam plantasti, expectas uyas; ab arbore, quæ  
stercorasti, expectas fructus; cur inter tua, vis solita  
non esse utilis tibi? Qui spretā Dei gloria, se, & sim-  
jactat, veneno se lactat.

#### 4. DIES DECEMBRIS.

In his, quæ de Deo dicuntur; hæc maxima est scientia  
ignorantiam fateri. *S. Cyrilus Hierosolym. cat. lib.*

Deus in- I.  
compre-  
hensibilis,  
& ideo  
amabilis.

**S**inistra de Deo ignorantia, dum  
illam fatemur, sit maxima de Deo  
scientia; quid nos cæcūtientes su-  
per terram noctuꝝ, sub terra tal-  
pæ, volumus hebetem ingeniolı nostri aciem con-  
vertere ad fulgorem æternæ Majestatis; cuius inuitu-  
tu perspicacissimæ illæ in cælis aquilæ perstringuntur,  
ut clausis oculis obnubere vultū compellantur? Sed  
inaccessam Dei amplitudinem nemo aptius exponet,  
quam Auctor hodiernæ tessellæ: (a) *Magnus erat*  
*Abraham, sed magnus respectu hominum;* cum autem

(a) *S. Cyrilus supra.*

Decemb.

Tessera.

969

ad Deum respexit, tunc ait : (a) *Ego sum terra, & quis; estne quidquam cinere levius, aut exilius? Accipe, ait, cineris comparationem ad domum; & domus, ad civitatem; & civitatis, ad Provinciam; & Provinciae, ad Imperium Romanorum; & Imperii Romanorum, ad universam terram; & omnes terminos rursus totius terra, ac circumdans illam, calum: Cuius tanta est comparatio ad calum, quantum est punctum circuli ad totam conseruentiam; tanta est celi, ad terram comparatio. Et primum cælum hoc, quod apparet, minus esse intelligas, quam secundum; & secundum, quam tertium; & cum animo cælos omnes perspicis, neque tamen cœli celebrare Deum, ut est, poterunt, et si tonitrua habeant sonantissima. Si ergo, tanta cælorum magnitudo, Deum pro dignitate laudare non potest; quomodo tandem cinis vilissimus, & minimus, dignas Deo laudes retribuere poteris?*

II. Vult Deus, ut in eo requiescas, non ut eum comprehendendas. Benè illis est, qui requiescant in Deo salutari suo, & optimè se habent cum Optimo; & qui identidem clamant cum Davide: (b) *Quis dabit mihi pennas sicut columba; & volabo, & requiescam?* Non enim pedum motibus, sed cordis affectibus, non rotis, sed votis; non scalis, sed alisti tenditur in illam requiem. Columba emissâ ex Arcâ Noë, cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in Arcam. Anima nostra, quæ per Creatiōnem egressa est à Deo, nullam in diluvio aquarum multarum, quibus inundatur hic mundus, inveniens requiem, revertatur ad Deum suum, unde exiuit. Ad hanc Augustinus suspirabat, cum hæc diceret:

(c) *Quiescat in te, Deus meus, cor meum, cor enim meum,*

P pp 5

est

(a) S. Cyrilus supra. (b) Psal. § 4. (c) Medit. c. 37.

970      *Christiani Militis*      Dcemb.  
est mare magnum, tumens fluctibus. Tu, qui imperi  
ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna: ven  
& ingredere super fluctus cordis mei; ut tranquilla, &  
serena fiant omnia mea; quatenus te unicum bonum  
meum amplectar sine cum multuantum cogitationum  
cā caligine. Et idem alibi: Inhārere illi, qui fecū vos  
state cum eo, & stabitis; Requiescite in eo, & quiete  
tis. Quò itis in aspera? quò itis? Quò vobis adhuc,  
adhuc ambulare vias difficiles, & laboriosas? Non  
requies, ubi queritis eum? querite, quod queritis? si  
ibi non est, ubi queritis; frustrā enim extra Deum qua  
ritur, quod in illo solo invenitur.

III. Ubi nām suaviùs quiesces, quām in eo, qū  
est amabilem omnium amabilissimum? Quidquid  
enim, extra eum amabile est; ab eo habet, quod li  
mabile, & propter ipsum dignum est amari? hinc  
sicuti est Centrum omnis Amoris: sic debet esse &  
omnium amantium. Amor, illius est indolis, ut tō  
impetu in id feratur, quo expleatur: tale autem nō  
est, nisi solum id, cui nihil deest, quod extra Deum  
nusquam est. Amans vinum, non lataberis, qui  
nauta ei desunt; quia non pascit esurientem; non lo  
cupletat pauperem; non sanat infirmum; non oper  
nudum. Idem in aliis quibuscumque extra Deum  
reperies: singula multis scatent defectibus, ut in  
digna sint hominum affectibus. In Deo cāmād  
deest, sufficit omnibus, & singulis, ut satientur: qua  
summè perfectum esse, est sibi, & omnibus summe  
bonum esse, quale quod est, summè amabile est  
quod solus Deus est; qui quidem adeò bonus, ut  
solus esse non possit sine personarum confor  
matione, nec solus esse velit sine societate creaturarum.

Cūm

cemb.  
mperij  
ia: ven  
illa, &  
n bonum  
num  
fecit vos  
uettent  
ahne, &  
Non  
itius? sed  
um quib  
eo, qui  
uidquid  
iodili-  
? hinc,  
eret esse  
, ut toro  
em nihil  
a Deum  
ris, qui  
non lo  
on oper  
a Deum  
, ut in  
am nihil  
ur: qua  
summe  
bile est  
onus, or  
nsorio,  
ararum.  
Cum

Decemb.

Tessera.

971

Cum igitur Deus tecum esse velit, quia amat te: debes, ut ejus respondeas amori, malle potius totâ æternitate carere omnibus bonis extra Deum; quam vel uno momento carere amore ejus, sive ad punctum temporis non amare eum: quia omne tuum bonum est amare eum, & amari ab eo. Modus portiō amandi eum, sit sine modo. Parūm prōderit amasse, nisi pergas amare usque ad finem. Respondeat principio finis: ama semper, quem cœpisti amare à principio; quia, ut monet Poëta:

*Principium landa, quod consequitur bona canda.*

### 3. DIES DECEMB.

Cui esse, est semper, Deus est. *Ambrosius lib. 3. de fide cap. 7.*

Deus a I.  
mandus,  
quia est  
noster  
Deus.

**Q**uisquis timet semper esse miser, & ambit semper esse fœlix; illum, dum vivit, semper amet, cui esse, est semper. De cuius continuo esse, eruditè D. Hilarius: (a) *Pater infinitus est; quia non ipse in aliquo, sed in ira eum omnia; semper extra locum, quia non continetur in loco; semper ante ævum, quia tempus ab eo est. Curre sensu, si quid ei putas ultimum esse; quia cum semper intendas, semper est, quo intendas. Iterum revolve tempora, esse semper invenies; ut cum calculinumerus in sermone deficerit, Deo tamen semper esse non deficiet.* Quis non amet eum, quem ubique, quia est in omni loco; & semper, quia est omni tempore, invenies amatum; inī & amantein, ne dicam infini-

(a) *L. 2. de Trinit.*